



## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1549. usque ad annum 1551 - ... Atque Tabulis  
Chronologicis Ab Anno Christi 1000 Usque Ad 1595 ...

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118537**

§. 78. Turcarum Bellidux soluta Melitensi obsidione profugus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66584](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66584)

Sæc. XVI.  
A.C. 1551.

Equitibus Gallis Villegagnonem Commendatorem, ut vocant, eo decernebat. Erat tum supremus Melitensis Ordinis Princeps Joannes Omedes, qui sane nomen suum haud celebre reddidit. Porro Villegagnon, quamprimum advenerat, cum ingenti omnium lætitia excipiebatur, & generosum hoc, quo sese intra urbis suæ mœnia includere statuit, propositum meritis celebrabant laudibus non modo senes, sed & fœminæ, atque infantes, cunctique incolæ illius ingressum solemni scloporum explosione honorabant, denique tantopere omnium crescebat ardor, perinde acsi solo hoc Viro urbs copiis, armis, atque annonâ abunde munita fuisset, quamvis incolæ ab hoc Commendatore, qui duntaxat sex Equitibus stipatus accesserat, exiguam prorsus opem sensissent, dummodo Turcæ a cæpto obsidionis proposito non destitissent, sed toto impetu urbem quaterere continuassent.

§. LXXVIII.

*Turcarum Bellidux soluta Melitensi  
obsidione profugus.*

Verum Sinan Bellidux, postquam Turcæ in quadam Sicula navi, quam ceperant, quasdam interceperant literas, ingenti turbabatur sollicitudine.

S 5

Erat

Sæc. XVI.  
A.C. 1551.

Erat autem hæc epistola ab Ordinis Quæstore, qui Messinæ agebat, ad supremum Magistrum scripta, in qua idem hæc significabat: „hanc navem eo fine „excurrere jussi, ut tibi notum fieret, „quod Andreas ab Auria Cæsareæ clas- „sis Archithalassus, atque infidelium ter- „ror ex Hispaniis redux in Messanensi „portu hæreat, omnique, qua valuit, „celeritate missis ad omnes Insulæ por- „tus nuntiis præceperit, ut omnes tri- „remes ac navigia, quotquot Altum te- „nere poterunt, necessario milite instru- „ctæ revocarentur, nullaque mora ho- „stem impugnaturæ, eumque ad solven- „dam obsidionem compulsuræ excurre- „rent. Hæc notitia, quamvis esset con- „ficta, atque a quæstore ultro ad inventa, suo tamen haud caruit successu; quippe Sinan hoc nuntio perterritus, convocato belli Senatu sese recipiendi, atque Auria suppetias effugiendi necessitatem tam validis persuadebat argumentis, ut Senatus ad hujus Belliducis sententiam decerneret, quod relicta Meliteni obsidione omne armorum robur in Tripolitanam urbem utpote minus munitam esset convertendum, præcipue cum illius occupandæ certa affulgeret spes: igitur ceteris omnibus hoc consilium approbantibus Turcæ Melitensem Insulam obsidione liberantes sua  
con-

conscendunt navigia; priusquam vero Tripolin contenderent, occuparunt Gozam Insulam, quæ quarto a Melitensi Insula milliari distans circiter viginti quatuor milliaria ambitu suo, ac tria longitudine complectitur. Illius Gubernator erat Galatianus Suffanus, qui tamen de tuenda urbe adeo non sollicitus erat, ut etiam sese occultaret: Ceterum urbe expugnata sex millia trecenti in captivitatem fuere abstracti: Gubernator vero omnibus bonis exutus ad remos damnatus est: quinimo ipsemet Melitensium Ordo capitale iudicium in illum ferri voluit: obstitit tamen supremus Equitum Magister, qui ad tegendam tam infausi successus infamiam in vulgus propagavit, quod Gubernator tormenti ictu percussus obierit, eo autem adhuc vivente urbs strenue fuerit propugnata, & hujus Belliducis morte incolæ nimium perterriti ad tuendam propriam vitam, suarumque conjugum, ac filiarum pudicitiam deditioem fecerint, cujus tamen pacta Turcarum Præfectus postea aperte violaverat.

Sæc. XVI.  
A.C. 1551.

§. LXXIX.

*Tripolis a Sinano Belliduce obsessa.*

Capta Goza Insula Sinanus illius arcem solo æquari iussit, ac sui furoris,

Thu. l. 2.